Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Das Buch Nehemias

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

in platea domus dei trementes pro peccato
et pluuiis. Et surrexit hesdras sacerdos et
dixit ad eos. Vos transgressi estis et duxis
tis uxores alienigenas. ut adderetis super de
lictum israhel. Et nunc date confessionem
domino deo patrum uestrorum. et facite placi
tum eius. et separamini a populis terre. et
ab uxoribus alienigenis. Et respondit uni
uersa multitudo. dixitque uoce magna.
Iuxta uerbum tuum ad nos sic fiat. Verumtamen
quia populus multus est. et tempus pluuie. et non
sustinemus stare foris. et opus non est dei
unius uel duorum. uehementer quippe pecca
uimus in sermone isto. constituantur
principes de uniuersa multitudine. et omnes
in ciuitatibus nostris qui duxerunt uxores alie
nigenas. ueniant in temporibus constitutis. et
cum his seniores per ciuitatem. et iu
dices eius. donec auertatur ira dei nostri
a nobis super peccato hoc. Igitur ionathan filius
asahel. et iaazia filius thecue steterunt super
hoc. et messollam. et sebethaia leuites ad
iuuauerunt eos. Feceruntque sic filii transmi
grationis. Et abierunt esdras sacerdos et
uiri principes familiarum in domum patrum
suorum. et omnes per nomina sua. et sederunt
in die primo mensis decimi ut quererent rem
et consummati sunt omnes uiri qui duxerant
uxores alienigenas. usque ad diem primam
mensis primi. et uenti sunt de filiis sacerdo
tum qui duxerant uxores alienigenas io
sue filii iosedech et fratres eius maasia et eliezer
et iarib et godolia. et dederunt manus suas ut
eicerent uxores suas. et pro delicto suo arietem
de ouibus offerrent. et de filiis emmer anani
zebedia. et de filiis herim masia et helia et
semeia. et iehiel. et ozias. et de filiis phesshur
elioenai. maasia. hismahel. nathanael.
iozabeth et semei. et celaia. ipse est calita
phataia iuda et eliezer. et de cantoribus
eliasib. et de ianitoribus sellum. et tellem
et uri. et ex israhel pharos remeia. et e
zia. et melchia. et miamin. et eliezer. et
melchia. et banea. et de filiis helam ma
thania zacharias. et hiehel. et abdi. et
ierimoth. et elia. et de filiis zethua. helio
hena. eliasib. mathania. et ierimuth. et
zabeth. et aziza. et de filiis bebabi. ioha
nan. anani. zabbai. atthalaia. et de filiis
bani mosollam. et melluc et adaia. iasub.
et saal. ramoth et de filiis phet. moab.
edna. et calal. banaias. maasias mathanias
beseleb et bennui. et manasse. et de filiis hel
rem. eliesser iesue. melchias. semeias. sy
meon beniamin. maloch. samarias. de
filiis asom mathai. thanai. methatheth. ze
beth. eliphelech. iermai. manase. semei. De
filiis bani maadai. amram. et huel. baneas.
et badaias. cheri. lauiana. marimuth. et elia
sib. mathania. mathanai. et iasi. et bani.
et bennui. semei. et salmias et nathan. et
adaias mechne debai. sisai. sarai. ezrel.
et semai. samaria. sellum. amaria ioseph.
De filiis nebu. iahel. mathathias. et zabeth.
zabina. ieddu. et iohel. banaia. Omnes hi ac
ceperunt uxores alienigenas et fuerunt ex
eis mulieres que pepererant filios. Incipit Neemias.

Et factum est in mense casleu anno uicesimo
ego eram in susis castro. et uenit ananias
unus de fratribus meis ipse et uiri ex iuda. et
interrogaui eos de iudeis qui remanse
rant. et supererant de captiuitate. et de
ierusalem. et dixerunt mihi. Qui remanserunt
et derelicti sunt de captiuitate ibi in prouin
cia. in afflictione magna sunt. et in obprobrio.
et murus ierusalem dissipatus est. et porte eius com
buste sunt igni. Cumque audissem uerba hu
iuscemodi. sedi et fleui. et luxi diebus multis. et ieiuna
et orabam ante faciem dei ce
li et dixi. Queso domine deus celi. fortis. mag
ne atque terribilis. qui custodis pactum et mi
sericordiam. cum his qui diligunt te et custodi
unt mandata tua. fiant aures tue auscultan
tes et oculi tui aperti. ut audias orationem serui
tui quam ego oro coram te cotidie nocte et die
pro filiis israhel qui peccauerunt tibi. Et ego et do
mus patris mei peccauimus. Uanitate se
ducti sumus. et non custodiuimus man
datum et cerimonias. et iudicia que pre
cepisti moysi seruo tuo. Memento uerbi quod
mandasti moysi famulo tuo dicens. Cum
transgressi fueritis ego disperdam uos in po
pulos. et si reuertamini ad me. ut custodiatis
mandata mea et faciatis ea. etiam si abducti
ti fueritis ad extrema celi. inde congregabo
uos. et in locum quem elegi. ut habitaret
nomen meum ibi. Et ipsi serui tui et populus tuus
quos redemisti in fortitudine tua magna
et in manu tua ualida. Obsecro domine
sit auris tua attendens ad orationem ser
ui tui. et ad orationem seruorum tuorum. qui
uolunt timere nomen tuum. dirige seruum

tuum hodie. et dabis michi ante uinum
hunc. Ego enim eram pincerna regis.
Factum est autem in mense nisan anno .xx. C II
artaxersis regis et uinum erat ante eum.
et leuaui uinum et dedi regi. et eram quasi
languidus ante faciem eius. Dixitque mihi rex.
Quare uultus tuus tristis est. cum te egro
tum non uideam. Non est hoc frustra. sed
malum nescio quod in corde tuo est. Et timui ual
de ac nimis. et dixi regi. Rex in eternum uiue.
Quare non meret uultus meus. quia ciuitas
domus sepulcrorum patris mei deserta est. et por
te eius combuste sunt igni. Et ait mihi rex.
Pro qua re postulas. Et oraui deum celi. et
dixi ad regem. Si uidetur regi bonum. et si
placet seruus tuus ante faciem tuam. ut mittas
me ad ciuitatem sepulcri patris mei. et edifi
cabo eam. Dixitque mihi rex et regina que se
debat iuxta eum. Usque ad quod tempus erit
iter tuum. et quando reuerteris. Et placuit ante
uultum regis. et misit me. et constitui ei
tempus. Et dixi regi. Si regi uidetur bonum epistolas
det mihi ad duces regionis transflumen. ut
transducant me donec ueniam in iudeam
et epistolam ad asaph custodem saltus regis. ut
det mihi ligna. et tegere possim portas turris
domus. et muros ciuitatis. et domum quam
ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta ma
num dei mei bonam mecum. et ueni ad
duces regionis transflumen. dedique
eis epistolas regis. Miserat autem mecum rex
principem militum. et equites. Et audierunt
sanaballath horonites. et tobias seruus a
manithes. et contristati sunt afflictione magna
quod uenisset homo. qui quereret prosperitatem
filiorum israhel. Et ueni ierusalem. et eram ibi die
bus. Et surrexi nocte. ego et uiri pauci me
cum. et non indicaui cuiquam. quid deus
dedisset in corde meo ut facerem in ierusalem. Et
iumentum non erat mecum nisi animal cui
sedebam. Egressus sum per portam uallis
per noctem. et ante fontem draconis. et ad por
tam stercoris. et considerabam murum
ierusalem dissipatum. et portas eius consump
tas igni. et transiui ad portam fontis
et ad aqueductum regis. et non erat locus iu
mento cui sedebam ut transiret. Et ascen
di per torrentem nocte. et considerabam
murum. et reuersus ueni ad portam uallis
et redii. Magistratus autem nesciebant quo
abiissem. aut quid ego facerem. sed et iudeis
sacerdotibus et optimatibus et magistratibus
et reliquis qui faciebant opus usque ad id
locorum nil indicaueram. Et dixi eis. Uos nostis
afflictionem in qua sumus. quia ierusalem
deserta est. et porte eius consumpte sunt igni.
Uenite edificemus muros ierusalem. et non
simus ultra obprobrium. Et indicaui eis
manum dei mei quod esset bona mecum. et uer
ba regis que locutus est mihi. et aio. Surga
mus et edificemus. Et confortate sunt ma
nus eorum in bono. Audierunt autem sanabal
lath horonites. et thobias seruus ama
nithes. et gosem arabs. et subsannauerunt
nos. et despexerunt. dixeruntque. Que est hec
res quam facitis. Numquid contra regem
uos rebellatis. Et reddidi eis sermonem.
dixique ad eos. Deus celi ipse nos adiuuabit.
et nos serui eius sumus. Surgamus et e
dificemus. Uobis autem non est pars et iusticia
et memoria in ierusalem. C III
Et surrexit eliasiph sacerdos magnus et fratres
eius sacerdotes. et edificauerunt portam gre
gis. ipsi et sanctificauerunt eam. et statue
runt ualuas eius usque ad turrem .c. cu
bitorum. sanctificauerunt eam usque ad turrem
ananehel. et iuxta eum edificauerunt uiri
iericho. et iuxta eum edificauit zaccur
filius amri. Portam autem piscium edificaue
runt filii asnaa. et texerunt eam. et statue
runt ualuas eius et seras et uectes. et iuxta
eos edificauit marimuth filius urie filii
accus. et iuxta eum edificauit mosollam
filius barachie. filius mesezabel. et iuxta
eum edificauit sadoch filius baana. et iuxta
eos edificauerunt thecueni. Optimates autem
eorum non supposuerunt colla sua in opere
domini dei sui. Et portam ueterem edifi
cauerunt ioiada filius phasea et mosollam
filius besodia. ipsi texerunt eam. et statue
runt ualuas eius. et seras et uectes. et iuxta
eos edificauit meletias gabaonites. et
iadon meronathites. uiri de gabaon et
masphas pro duce qui erat in regione
transflumen. et iuxta eum edificauit
eziel. filius araia aurifex. et iuxta
eum edificauit raphaia filius aechor
et iuxta eum edificauit ananias filius
pigmentarii. et dimiserunt ierusalem usque
ad murum platee latioris. et iuxta
eum edificauit raphaia filius hur prin
ceps uici ierusalem. et iuxta edificauit ioiada

filius aromath contra domum suam. et
iuxta eum edificauit attus filius ase
bonie. Mediam partem uici edificauit
melchias filius erem. et asub filius fa
eth moab. et turrim furnorum. et iuxta
edificauit sellum filius alloes princeps me
die partis uici ierusalem. ipse et filie eius. et por
tam uallis edificauit enon. et habitatores
zanoe. Ipsi edificauerunt eam. et statuerunt ual
uas eius et seras et uectes. et mille cubitos
in muro usque ad portam sterquilinii. Et por
tam sterquilinii edificauit melchias filius
rechab. princeps uici bethacarem. Ipse edifica
uit eam. et statuit ualuas eius et seras et
uectes. Et portam fontis edificauit sellum
filius colozai. princeps pagi mesphia. Ipse edi
ficauit eam et texit et statuit ualuas eius
et seras et uectes. et muros piscine syloe
in ortum regis et usque ad gradus qui descen
dunt de ciuitate dauid. Post eum edifi
cauit neemias filius azboch princeps dimi
die partis uici bethsur. usque contra sepulcrum
dauid. et usque ad piscinam que grandi opere
constructa est. et usque ad domum fortium.
Post eum edificauit asebias princeps dimi
die partis uici ceile in uico suo. Post eum
edificauerunt fratres eorum. bethui filius enadat
princeps dimidie partis ceila. Et edificauit
iuxta eum azer filius iosue princeps mas
phat mensuram secundam contra ascensum
firmissimi anguli. Post eum in monte edi
ficauit baruch filius zachai mensuram se
cundam. ab angulo usque ad portam domus
helyasip sacerdotis magni. Post eum edi
ficauit marimuth filius urie filii achus
mensuram secundam a porta domus helya
sip. donec extenderetur domus heliasiph.
Et post eum edificauerunt sacerdotes uiri de
campestribus iordanis. Post eum edifica
uit beniamin. et asub contra domum
suam. et post eum edificauit azarias filius
maasie filii ananie contra domum suam.
Post eum edificauit bennui filius enadab
mensuram secundam a domo azarie
usque ad flexuram et usque ad angulum.
phalel filius ozi contra flexuram. et
turrem que eminet de domo regis ex
celsa. id est in atrio carceris. post eum pha
daia filius pharos. Nathinnei autem habita
bant in ofel. usque contra portam aquarum
ad orientem. et turrim que prominebat.

Post hec edificauerunt thecueni mensuram secun
dam e regione. a turre magna et eminente
usque ad murum templi. Sursum autem a por
ta equorum edificauerunt sacerdotes unus
quisque contra domum suam. Post eos edi
ficauit sedoc filius emmer contra domum
suam. et post eum edificauit semeia filius
secenie custos porte orientalis. Post eum
edificauerunt anania filius selemie. et anon
filius selon sextus mensuram secundam. Post
eum edificauit mosollam filius barachie
contra gazophilacium suum. Post eum edi
ficauit melchias filius aurificis usque ad do
mum nathinneorum et scruta uendentium
contra portam iudicialem. et usque ad cenacu
lum anguli. In porta regis edificauerunt ar
tifices et negociatores. C IIII

Factum est autem cum audisset sanaballath quod edi
ficaremus murum. iratus est ualde. et mo
tus nimis. subsannauit iudeos. et dixit coram fra
tribus suis. et frequentia samaritanorum. Quid
iudei inbecilles faciunt? Num dimittent
eos gentes? Num sacrificabunt et comple
bunt in una die? Numquid edificare poterunt
lapides de aceruis pulueris qui combusti sunt?
Sed et tobias ammanites proximus eius ait.
Edificent. Si ascenderit uulpes transiliet
murum eorum lapideum. Audi deus noster quia fac
ti sumus despectio. Conuerte obprobrium
super caput eorum. et da eos in despectionem
in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem
eorum. et peccatum eorum coram facie tua non dele
atur. quia irriserunt nos edificantes. Itaque
edificauimus murum. et coniunximus
totum usque ad partem dimidiam. et prouo
catum est cor populi ad operandum. Factum est autem
cum audisset sanaballath et tobias et ara
bes. et ammanite et azotii. quod obducta esset
cicatrix muri ierusalem. et quod cepissent interrup
ta concludi. irati sunt nimis. Et congre
gati omnes pariter. ut uenirent et pugna
rent contra ierusalem. et molirentur insidias.
Et orauimus dominum deum nostrum. et posuimus custo
des super murum die et nocte contra eos. Di
xit autem iudas. Debilitata est fortitudo por
tantis. et humus nimia est. et nos non po
terimus edificare murum. Et dixerunt hos
tes nostri. Nesciant et ignorent. donec ueni
amus in medio eorum. et interficiamus eos.
et cessare faciamus opus. Factum est autem uenien
tibus iudeis qui habitabant iuxta eos. et di

centibus nobis per .x. vices ex omnibus locis qui
bus venerant ad nos. Statui in loco post
murum per circuitum populum in ordinem
cum gladiis suis et lanceis et arcubus per a
spera atque considerassem. et aio ad optimates et
ad magistratus et ad reliquam partem vulgi. No
lite timere a facie eorum. Domini magni et ter
ribilis mementote. et pugnate pro fratribus
vestris uxoribus vestris et domibus. Factum est autem cum
audissent inimici nostri nunciatum esse nobis.
dissipavit deus consilium eorum. et reversi
sumus omnes ad muros. unusquisque ad opus
suum. Et factum est a die illa media pars iu
venum eorum faciebat opus. et media para
ta erat ad bellum. et lancee et scuta. et ar
cus et lorice. et principes post eos in omni do
mo iuda. edificantium in muro et portan
cium onera et imponentium. Una manu
sua faciebat opus. altera tenebat gladi
um. Edificantium enim unusquisque gla
dio erat accinctus renes. et edificabant et
clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad
optimates et magistratus. et ad reliquam
partem vulgi. Opus grande est et latum.
et nos separati sumus in muro procul al
ter ab altero. in loco quocumque audieritis
clangorem tube. illuc concurrite ad nos.
Deus noster pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciamus
opus. et media pars nostrum teneat lanceas ab as
censu aurore donec egrediantur astra.
In tempore quoque illo dixi populo. Unusquisque
cum puero suo maneat in medio Ierusalem.
et sint nobis vices per noctem et diem ad ope
randum. Ego autem et fratres mei. et pueri mei. et
custodes qui erant post me. non deponeba
mus vestimenta nostra. unusquisque tantum nu
dabatur ad baptismum. C V

Et factus est clamor populi et uxorum eius mag
nus adversus fratres suos iudeos. et erant qui
dicerent. Filii nostri et filie nostre multe sunt nimis.
accipiamus pro precio eorum frumentum
et comedamus et vivamus. Et erant
qui dicerent. Agros nostros et vineas et do
mos nostras opponamus. et accipiamus frumentum
in fame. Et alii dicebant. Mutuo suma
mus pecunias in tributa regis. demusque
agros nostros et vineas. Et nunc sicut car
nes fratrum nostrorum. sic carnes nostre sunt.
sicut et filii eorum. ita et filii nostri. Ecce nos
subiugamus filios nostros et filias nostras
in servitutem. et de filiabus nostris sunt fa
mule. nec habemus unde possint redi
mi. agros nostros et vineas alii possident.
Et iratus sum nimis cum audissem cla
morem eorum secundum verba hec. cogitavitque
cor meum mecum. et increpavi op
timates et magistratus et dixi eis. Usu
ras ne singuli a fratribus vestris exigitis? Et
congregavi adversus eos contentionem
magnam. et dixi eis. Nos ut scitis redemi
mus fratres nostros iudeos qui venditi fuerant
gentibus secundum possibilitatem nostram. Et
vos igitur venditis fratres vestros. et emenus eos?
Et siluerunt. nec invenerunt quod respon
derent. Dixique ad eos. Non est bona res
quam facitis. Quare non in timore dei
nostri ambulatis. ne exprobretur nobis
a gentibus inimicis nostris? Et ego et fratres
mei et pueri mei commodavimus plurimis
pecuniam et frumentum. Non repetamus in
commune istud. es alienum concedamus
quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros
suos. oliveta sua et domos suas. quin
potius et centesimam pecunie vini et
olei quam exigere soletis ab eis. date pro
illis. Et dixerunt. Reddemus. ab eis nichil
queremus. sicque faciemus ut loqueris. Et
vocavi sacerdotes. et adiuravi eos ut
facerent iuxta quod dixeram. Insuper si
num meum excussi et dixi. Sic ex
cutiat deus omnem virum qui non com
pleverit verbum istud de domo sua. et de
laboribus suis. sic excutiatur ut vacu
us fiat. Et dixit universa multitudo amen.
et laudaverunt deum. Fecit ergo populus sicut
dictum erat. A die autem illa qua preceperat michi ut
essem dux in terra iuda. ab anno vicesimo
usque ad annum tricesimum secundum artaxer
sis regis. per annos .xii. ego et fratres mei
annonas que ducibus debebantur non
comedimus. Duces autem primi qui fuerant
ante me gravaverunt populum et acceperunt
ab eis in pane et vino et in pecunia coti
die siclos .xl. Sed et ministri eorum depresse
rant populum. Ego autem non feci ita propter timorem
dei. quin potius in opere muri edificavi. et
agrum non emi. et omnes pueri mei congre
gati ad opus erant. Iudei quoque et ma
gistratus. et c. l. viri. et qui veni
bant ad nos de gentibus que in circuitu
nostro sunt in mensa mea erant. Para
batur autem michi per dies singulos bos unus.

arietes vi. electi. exceptis volatilibus. et inter
dies x. vina diversa et alia multa tribue
bam. Insuper et annonas ducatus mei
non quesivi. valde enim erat adtenua
tus populus. Memento mei deus meus in bo
num. secundum omnia que feci populo huic.
Factum est autem cum audisset C VI
Sanaballath et Thobia et Gosem Arabs
et ceteri inimici nostri quod edificassem ego mu
rum. et non esset in ipso residua interrup
tio. usque ad tempus enim illud valvas posue
ram in portis. miserunt Sanaballath et
Gosem ad me dicentes. Veni et percutia
mus pariter fedus in viculis in cam
po Ono. Ipsi autem cogitabant ut facerent mi
chi malum. Misi ergo ad eos nuncios dicens.
Opus grande ego facio. et non possum
descendere ne forte negligatur cum vene
ro et descendero ad vos. Miserunt autem ad me
secundum verbum hoc per quatuor vices. et re
spondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit
ad me Sanaballath iuxta verbum prius
quinta vice puerum suum. et epistolam habe
bat in manu scriptam hoc modo. In gentibus
auditum est. et Gosem dixit. quod tu et iudei
cogitetis rebellare. et propterea edifices mu
rum. et levare te velis super eos regem.
propter quam causam. et prophetas posuisti qui predi
cent de te in Ierusalem dicentes. Rex in
Iudea est. Auditurus est rex verba hec. Idcirco
nunc veni. ut ineamus consilium pariter.
Et misi ad eos dicens. Non est factum secundum ver
ba hec que loqueris. De corde enim tuo com
ponis hec. Omnes autem terrebant nos
cogitantes quod cessarent manus nostre ab o
pere et quiesceremus. Quam ob causam magis
confortavi manus meas. Et ingressus sum
domum Semaie filii Dalaie filii Metabel
secreto. Qui ait. Tractemus nobiscum in do
mo dei in medio templi. et claudamus
portas edis. quia venturi sunt nocte ad
occidendum te. Et dixi. Num quisquam simi
lis mei fugit. et quis ut ego ingredietur
templum et vivet. Et intellexi quod deus non
misisset eum. sed quasi vaticinans locu
tus esset ad me. et Thobia et Sanaballath
conduxissent eum. Acceperat enim pre
cium. ut territus facerem et peccarem. et ha
berent malum quod exprobrarent michi. Me
mento mei domine pro Thobia et Sana
ballath. iuxta opera eorum talia. sed et Noa

die prophete et ceterorum qui terrebant me. Com
pletus est autem murus vicesimo quinto die
mensis Elul. l. duobus diebus. Factum est ergo cum
audissent omnes inimici nostri. ut timerent
universe gentes que erant in circuitu nostro
et conciderent intra semetipsos. et scirent quod
a deo factum esset opus hoc. Sed et in diebus illis
multe optimatum iudeorum epistole mitte
bantur ad Thobiam. et a Thobia veniebant
ad eos. Multi enim erant in Iudea habentes iu
ramentum eius. quia gener erat Sechenie filii
Iorei. et Iohannam filium eius acceperat
filiam Mosollam filii Barachie. Sed et lau
dabant eum coram me. et verba mea nunciabant
ei. Et Thobias mittebat epistolas ut terreret me.
Postquam autem edificatus est C VII
murus et posui valvas. et recensui ia
nitores et cantatores et levitas. precepi Anani
fratri meo. et Ananie principi domus de Ierusalem.
Ipse enim quasi vir verax et timens deum
plus ceteris videbatur. et dixi eis. Non aperian
tur porte Ierusalem. usque ad calorem solis. Cumque
adhuc assisterent. clause sunt et oppilate.
Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem sin
gulos per vices suas. et unumquemque contra
domum suam. Civitas autem erat lata ni
mis et grandis. et populus parvus in medio
eius. et non erant domus edificate. Deus autem
dedit in corde meo. et congregavi optimates
et magistratus et vulgus. ut recenserem
eos. et inveni librum census eorum. qui ascen
derant primum. et inventum est in eo scriptum.
Isti filii provincie qui ascenderunt de capti
vitate migrantium. quos transtulerat Nabu
chodonosor rex Babylonis. et reversi sunt
in Ierusalem et Iudeam unusquisque in civitatem
suam. qui venerunt cum Zorobabel. Iosue.
Neemias. Azarias. et Raamias. Naamani.
Mardocheus. Belsam. Mesphareth. Beggai.
Naum. Baana. Numerus virorum populi Israhel.
Filii Pharos. ii. milia. c. lxx. ii. Filii Sapha
tie. ccc. lxx. ii. Filii. Area. dc. lii. Filii Phet
moab. filiorum Iesu et Ioab. duo milia dcc.
x. et viii. Filii Helam. mille. cc. liiii. Filii
Zethua. dccc. xlv. Filii Zachai. dcc. lx. Filii. Ban
nui. dc. xl. viii. Filii Bebai. dc. xx. viii. Filii
Azgad. duo milia. ccc. xx. ii. Filii Adonicam.
dc. lxvii. Filii Beggaim. duo milia. lx
vii. Filii Adin. dc. l. v. Filii Ater. filii Eze
chie. lxxx. viii. Filii Asem. ccc. xx. viii.
Filii Besai. ccc. xx. iiii. Filii Areb. c. xii.

filii gabaon. lxxxxv. viri bethleem et nep
tupha. c. lxxx. viii. viri bethamoth. xl. ii. vi
ri cariathiarim cephira et beroth. dcc. xl
iii. viri rama et gabaa. dc. xxi. viri mag
mas. c. xxii. viri bethel et ai. c. xxiii. viri
nebo alterius. l. ii. viri helam alterius. mille
cc. l. iiii. filii arim. ccc. xx. filii iericho.
ccc. xl. v. filii lodadid et ono. dcc. xxi. filii
senaa. tria milia. dcccc. xxx. Sacerdotes filii ia
daia in domo iesua. dcccc. lxx. iii. filii emmer. mil
le. l. ii. filii phassur. cc. xl. vii. filii arem. mille
xvii. Levite. filii iosue et cadmihel filiorum
oduia. lxxiiii. Cantores. filii asaph. c. xl. viii.
Ianitores. filii sellum. filii ather. filii tel
mon. filii accub. filii atita. filii sobai. c.
xl. viii. Nathinnei. filii sia. filii asupha. filii
thebaoth. filii ceros. filii siaa. filii phado. fi
lii lebana. filii agaba. filii selmon. filii anan.
filii geddel. filii gaer. filii raaia. filii rasin.
filii necoda. filii gezem. filii aza. filii
phasea. filii besai. filii munim. filii nephussim.
filii bacbuc. filii acupha. filii harhur. filii
besloth. filii meida. filii harsa. filii bercos.
filii sisara. filii thema. filii nasia. filii ati
pha. filii servorum salomonis. filii sothai. fi
lii sophereth. filii pherida. filii iahala. filii
dercon. filii geddel. filii saphatia. filii athil.
filii phochereth qui erat ortus ex sabaim. filii
amon. omnes nathinnei. et filii servorum sa
lomonis. ccc. lxxxx. ii. Hii sunt qui ascende
runt de thelmela thelarsa cherub. addon. et emer.
et non potuerunt indicare domum patrum suorum
et semen suum. utrum ex israel essent. filii dela
ia. filii thobia. filii necoda. dc. xlii. et de
sacerdotibus filii abia. filii accus. filii ber
zellai. qui accepit de filiabus berzellai gala
aditidis uxorem. et vocatus est nomine eorum.
Hii quesierunt scripturam suam in censum
et non invenerunt et eiecti sunt de sacerdotio.
Dixitque athersatha eis. ut non manducarent
de sancto sanctorum donec staret sacerdos doctus et eru
ditus. Omnis multitudo quasi unus. xl. ii. mi
lia. dc. lx. absque servis et ancillis eorum qui erant
vii. milia. ccc. xxx. vii. et inter eos cantores
atque cantrices. cc. xl. v. cameli. iiii. cccc.
xxxv. asini. vi. milia. dcc. xx.

Nonnulli de principibus familiarum dederunt
in opus. Athersatha dedit in thesaurum
auri dragmas mille. fialas. l. tunicas sacer
dotales. d. xxx. Et de principibus familiarum
dederunt in thesaurum operis auri drag
mas. xx. et argenti minas duo milia. cc.
et quod dedit reliquus populus. auri dragmas
xx. et argenti minas duo milia. et tuni
cas sacerdotales. lx. vii. Habitaverunt autem sacer
dotes et levite et ianitores et cantores et reli
quum vulgus. et nathinnei. et omnis
israhel in civitatibus suis. Et venerat mensis VIII
septimus. filii autem israhel erant in civita
tibus suis.
Congregatusque est omnis populus quasi vir
unus ad plateam que est ante portam aquarum
et dixerunt esdre scribe ut afferret librum legis
moysi. quam preceperat dominus israheli. Adtu
lit ergo esdras sacerdos legem coram multi
tudine virorum et mulierum cunctisque qui
poterant intellegere in die prima mensis septimi. et legit in
eo aperte in platea que erat ante portam aquarum
de mane usque ad mediam diem in conspectu
virorum et mulierum et sapientium. et au
res omnis populi erant erecte ad librum. Ste
tit autem esdras scriba super gradum ligne
um quem fecerat ad loquendum. et steterunt
iuxta eum mathathia et semeia et anania
et uria et helchia et maasia ad dexteram
eius. et ad sinistram phadaia. misahel. et
melchia. et asum. et aseph. daana. za
charia et mosollam. Et aperuit esdras librum
coram omni populo. super universum quippe
populum eminebat. Et cum aperuisset eum. stetit
omnis populus. Et benedixit esdras domino magno.
Et respondit omnis populus amen amen. Elevantes
manus suas incurvati sunt. et adoraverunt
proni in terram. Porro iosue et bani et sere
bia. iamin. accub. septai. odia. maasia. ce
lita. azarias. iozabed. anan. phalaia. levi
te silentium faciebant in populo ad audiendam
legem. populus autem stabat in gradu suo
et legerunt in libro legis distincte. et apposi
te ad intelligendum. et intellexerunt cum le
geretur. Dixit autem neemias. ipse est athersata. et es
dras sacerdos et scriba et levite interpretantes
universo populo. Dies sanctificatus est domino deo nostro. no
lite lugere et nolite flere. Flebat autem omnis
populus cum audiret verba legis. et dixit eis. Ite
comedite pinguia. et bibite mulsum et mit
tite partes eis qui non preparaverunt sibi. quia sanctus
dies domini est. et nolite contristari. gaudium etenim
domini est fortitudo nostra. Levite autem silentium
faciebant in omni populo dicentes. Tacete quia di
es sanctus est. et nolite dolere. Abiit itaque omnis

VIII

populus ut comederet et biberet et mitteret partes.
et faceret leticiam magnam. quia intellexe
rant verba que docuerat eos moyses. Et in
die secundo congregati sunt principes fa
miliarum universi populi sacerdotes et le
vite ad esdram scribam. ut interpretaretur
eis verba legis. et invenerunt scriptum in le
ge. preceptisse dominum in manu moysi. ut
habitent filii israhel in tabernaculis in die
sollempni mense septimo. et ut predicent
et divulgent vocem in universis urbibus suis
et in ierusalem dicentes. Egredimini in montem
et afferte frondes olive et frondes ligni pul
cherrimi. frondes mirti et ramos palmarum
et frondes ligni nemorosi. ut fiant taber
nacula sicut scriptum est. Egressusque est populus et
attulerunt. fecerunt que sibi tabernacula. uni
quisque in domate suo et in atriis suis. et in a
triis domus dei. et in platea porte aquarum. et in pla
tea porte effraym. Fecit ergo universa ecclesia
eorum qui redierant de captivitate taberna
cula. et habitaverunt in tabernaculis suis. Non
enim fecerant a diebus iosue filii nun. ta
liter filii israhel. usque ad diem illum. et fuit
leticia magna nimis. Legit autem in libro le
gis dei per dies singulos. a die primo usque ad di
em novissimum. Et fecerunt sollempnita
tem. vii. diebus. et in die octavo collectam iuxta
ritum. In die autem vicesimo quarto mensis huius. convenerunt filii israhel
in ieiunio et in saccis et humus super eos. et
separatum est semen filiorum israhel ab omni filio a
lienigena. et confitebantur peccata sua. et ini
quitates patrum suorum. et consurrexerunt ad
standum. et legerunt in volumine legis domini
dei sui quater in die. et quater confitebantur — in nocte
et adorabant dominum deum suum. Surrexe
runt autem super gradum levitarum. iosue et ba
ni cedmihel. sebnia. bonni. et sarebias
banni chanani. et clamaverunt voce magna
ad dominum deum suum. Et dixerunt levite iosue. et
cedmihel. banni. asebia. serebia. odoia. se
bnia. fataia. Surgite. benedicite domino deo
vestro ab eterno et usque in eternum. et benedicant
nomini glorie tue excelso. in omni benedictione
et laude. Tu ipse domine solus tu fecisti celum ce
lorum. et omnem exercitum eorum. terram et u
niversa que in ea sunt. maria et omnia que in eis
sunt. et tu vivificas omnia hec. et exercitus
celi te adorat. tu ipse domine deus qui ele
gisti abram et eduxisti eum de igne
chaldeorum et posuisti nomen eius habraham. et
invenisti cor eius fidele coram te. et percussisti
cum eo fedus ut dares ei terram chananei et
ethei et amorrei. et ferezei. et iebuzei. et gerge
sei. et dares semini eius. et implesti verba tua
quoniam iustus es. et vidisti afflictionem patrum
nostrorum in egypto. clamoremque eorum audisti super
mare rubrum. et dedisti signa et portenta
in pharaone et in universis servis eius. et in omni
populo terre illius. cognovisti enim quia superbe ege
rant contra nos. et fecisti tibi nomen sicut et in hac
die. et mare divisisti ante eos. et transierunt
per medium maris in sicca. persecutores autem eorum pro
iecisti in profundum quasi lapidem in aquas
validas. et in columpna nubis ductor eorum
fuisti per diem. et in columpna ignis per
noctem. ut appareret eis via per quam ingre
diebantur. ad montem quoque synai descen
disti et locutus es cum eis de celo et dedisti
eis iudicia recta et legem veritatis. cerimonias
et precepta bona et sabbatum sanctificatum
tu ostendisti eis mandata et cerimonias et
legem precepisti eis in manu moysi servi tui.
panem quoque de celo dedisti eis in fame eorum.
et aquam de petra eduxisti eis sicientibus et dixisti
eis. ut ingrederentur et possiderent terram super
quam levasti manum tuam ut traderes eis. Ipsi
vero et patres nostri superbe egerunt. et induraverunt
cervices suas. et non audierunt mandata tua.
et noluerunt audire. et non sunt recordati mirabi
lium tuorum que feceras eis. et induraverunt cer
vices suas et dederunt caput ut converterentur
ad servitutem suam quasi per contentionem. Tu
autem deus propitius. clemens. et misericors et longa
nimis. et multe miserationis non dereliquisti
eos. et quidem cum fecissent sibi vitulum confla
tilem et dixissent. iste est deus tuus qui eduxit
te de terra egypti. feceruntque blasphemias ma
gnas. tu autem in misericordiis tuis multis non dimi
sisti eos in deserto. columpna nubis non re
cessit ab eis per diem. ut duceret eos in via. et co
lumpna ignis per noctem. ut ostenderet eis iter
per quod ingrederentur. et spiritum tuum bonum
dedisti qui doceret eos. et manna tuum non pro
hibuisti ab ore eorum. et aquam dedisti eis in siti.
xl. annis pavisti eos in deserto. nichilque eis
defuit. vestimenta eorum non inveterave
runt. et pedes eorum non sunt attriti. et dedisti
eis regna et populos. et partitus es eis sortes.
et possederunt terram seon. et terram regis ese
bon. et terram og regis basan. et filios eorum

multiplicasti sicut stellas celi. et adduxisti eos
ad terram de qua dixeras patribus eorum. ut ingre
derentur et possiderent. et venerunt filii ut possi
derent terram. et humiliasti coram eis habitato
res terre chananeos et dedisti eos in manu eorum
et reges et populos terre. ut facerent eis sicut place
bat illis. ceperunt itaque urbes munitas et hu
mum pinguem. et possederunt domos plenas
cunctis bonis. cisternas ab aliis edificatas vi
neas et oliveta et ligna pomifera multa. et co
mederunt et saturati sunt et impinguati sunt
et habundaverunt deliciis in bonitate tua magna.
provocaverunt autem te ad iracundiam. et reces
serunt a te. et proiecerunt legem tuam post ter
ga sua. et prophetas tuos occiderunt. qui contesta
bantur eos ut reverterentur ad te. feceruntque
blasphemias grandes. et dedisti eos in manu
hostium suorum. et afflixerunt eos. et in tempore
tribulationis sue clamaverunt ad te. et tu de
celo audisti eos. et secundum miserationes tuas
multas dedisti eis salvatores qui salvave
runt eos de manu hostium suorum. cumque re
quievissent. reversi sunt ut facerent malum in
conspectu tuo. et dereliquisti eos in manu in
manu inimicorum suorum. et possederunt eos.
conversique sunt et clamaverunt ad te. tu autem
de celo exaudisti. et liberasti eos in misericordi
is tuis multis temporibus. et contestatus es eos
ut reverterentur ad legem tuam. ipsi vero superbe
egerunt. et non audierunt mandata tua. et
in iudiciis tuis peccaverunt que faciet homo
et vivet in eis. et dederunt humerum recedentem
et cervicem suam induraverunt nec audierunt.
et protraxisti super eos annos multos et con
testatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum
tuorum. et non audierunt. et tradidisti eos in
manu populorum terrarum. in misericordiis autem tuis mul
tis non fecisti eos in consumptionem. nec dere
liquisti eos quoniam deus miserationum et clemens
tu es. nunc itaque deus noster magne et fortis et ter
ribilis. custodiens pactum et misericordiam. ne
avertas a facie tua omnem laborem qui in
venit nos. reges nostros. principes nostros et sacer
dotes nostros. prophetas nostros et patres nostros
et omnem populum tuum a diebus regis
assur usque ad diem hanc. Et tu iustus es in
omnibus que venerunt super nos. quia veri
tatem fecisti. nos autem impie egimus. re
ges nostri. principes nostri. sacerdotes nostri et patres
nostri non fecerunt legem tuam. et non attende
runt mandata tua et testimonia tua que

testificatus es in eis. et ipsi in regnis suis
bonis. et in bonitate tua multa quam
dederas eis. et in terra latissima et pingui
quam tradideras in conspectu eorum non servie
runt tibi. nec reversi sunt a studiis suis pessimis.
Ecce nos ipsi hodie servi sumus. et terram quam
dedisti patribus nostris ut comederent panem
eius. et que bona sunt eius. et nos ipsi ser
vi sumus in ea. et fruges eius multipli
cantur regibus quos posuisti super nos propter
peccata nostra. et corporibus nostris dominantur
et iumentis nostris secundum voluntatem suam.
et in tribulatione magna sumus. Super omnibus
ergo hiis nos ipsi percutimus fedus et scribimus
et signant principes nostri. levite nostri. et sacer
dotes nostri. C. X.

Signatores enim fuerunt neemias. ather
satha filius achelai. et sedechias. et saraias.
azarias. hieremias. phessur. amaria. mel
chias. attus. sebenia. melloch. arem. meri
muth. abdias. daniel. genton. baruch.
mosollam. abia. miamin. mazia. belga.
semaia. hii sacerdotes. Porro levite. iosue
filius azanie bennui de filiis enadad
cedmihel. et fratres eorum sebenia. odenia. ce
lita. phalaa. anan. micha. roona. sebia.
zacchur. sarabia. sabania. odiabania ban
ni. capita populi. feros. fermoab. helam. zecv
bani. banni. azgad. bebai. adonia. begoa.
adin. ather. ezechia. azur. odenia. asu.
besai. ares. anathot. nebai. nechpia. mo
sollam. ozim. mesezabel. sadoch. eddua.
phelcia. annan. anania. osee. anania. asub.
aloes. phalaam. sobech. reum. asenna.
maasia. etaia. annan. melech. arem. baa
na et reliqui de populo sacerdotes. levite. iani
tores. et cantores nathinnei. et omnes qui se
separaverunt de populis terrarum ad legem dei.
uxores eorum filii eorum. et filie eorum. omnis qui
poterant sapere spondentes pro fratribus
suis optimates eorum. et qui veniebant
ad pollicendum. et iurandum ut ambu
larent in lege dei. quam dederat in manu
moysi servi sui ut facerent et custodirent
universa mandata domini dei nostri et iudi
cia eius et cerimonias eius ut non daremus
filias nostras populo terre. et filias eorum non acci
peremus filiis nostris. populi quoque terre qui impor
tant venalia. et omnia ad usum per diem
sabbati ut non vendant. non accipiemus
ab eis in sabbato. et in die sanctificato. et

dimittemus annum septimum. et exac
tionem universe manus. Et statuimus super nos
precepta. ut demus tertiam partem sicli per
annum ad opus domus dei nostri ad panes propositionis
et ad sacrificium sempiternum. in sabbatis. in ka
lendis. in sollempnitatibus. in sanctificatis.
et pro peccato ut exoretur pro israhel. et in om
nem usum domus dei nostri. Sortes ergo mi
simus super oblationem lignorum inter sacer
dotes et levitas. et populos. ut inferrentur in
domum dei nostri per domos patrum nostrorum per tem
pora a temporibus anni. usque ad annum. ut arde
rent super altare domini dei nostri. sicut
scriptum est in lege moysi. et ut afferremus
primogenita terre nostre. et primitiva uni
versi fructus omnis ligni. ab anno in an
num in domo domini. et primitiva filiorum nos
trorum et pecorum nostrorum. sicut scriptum est in le
ge. et primitiva boum nostrorum et ovium nostrarum.
ut offerrent in domo dei nostri sacerdotibus qui
ministrant in domo dei nostri. et primitias
ciborum nostrorum et libaminum nostrorum et poma
omnis ligni. vindemie quoque et olei afferremus
sacerdotibus ad gazophilatium dei nostri. et de
cimam partem terre nostre levitis. Ipsi levite
decimas accipient ex omnibus civitatibus
operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius
aaron cum levitis in decimis levitarum. et
levite offerrent decimam partem decime sue
in domum dei nostri ad gazophilatium in domo the
sauri. Ad gazophilacium enim deportabunt
filii israhel et filii levi primitias frumenti vini
et olei. et ibi erunt vasa sanctificata. et sacerdotes et
cantores. et ianitores et ministri. et non dimit
temus domum dei nostri. C XI

Habitaverunt autem principes populi in ierusalem. Reli
qua autem plebs misit sortem. ut tollerent unam
partem de decem qui habitaturi essent in ie
rusalem in civitate sancta. novem vero partes
in civitatibus. Benedixit autem populus omnibus viris qui
se sponte obtulerant ut habitarent in ie
rusalem. Hii sunt itaque principes provincie
qui habitaverunt in ierusalem et in civitatibus
iuda. Habitavit unusquisque in possessione
sua in urbibus suis israhel. sacerdotes levi
te. nathinnei. et filii servorum salomonis.
In ierusalem habitaverunt de filiis iuda et de filiis
beniamin. De filiis iuda. athaias filius
aziam. filii zacharie. filii amarie. filii
saphatie. filii malaleel. De filiis phares
ymasia filius baruch. filius colaza. filius
aza. filius adaia. filius ioiarib. filius zacha
rie. filius selonitis. Omnes filii phares qui
habitaverunt in ierusalem. cccc. lx. viii. viri forte.
Hii sunt autem filii beniamin sellum. filius mo
sollam. filius ioed. filius phadaia. filius co
laia. filius masaia. filius ethel. et filius
ysaia. et post eum gebai. sellai. dcccc. xxviii. Io
hel filius zechri prepositus eorum. et iuda filius sen
nua super civitatem secundus. Et de sacerdotibus
ydaia filius ioiarib. iachin. Saraia filius hel
chia filius mosollam filius sadoch. filius ma
raioth. filius achitob princeps domus dei. et fratres
eorum facientes opera templi. dccc. xxii. Et ada
ia. filius ieroam. filius phelelia. filius am
si. filius zacharie. filius phessur. filius mel
chie. et fratres eius principes patrum. cc. xlii. et
amassai filius ezrihel. filius aza filius moso
lamoht. filius emmer. et fratres eorum potentes
nimis. c. xxviii. et prepositus eorum zabdihel
filius potentium. Et de levitis sechenia filius
asob. filius azaricham. filius asabia. filius
boni. et sabathai. et iozabed super opera
que erant forinsecus in domo dei. et de princi
pibus levitarum. et mathania filius micha. fi
lius zebedei. filius asaph. princeps ad lauda
dum. et confitendum in oratione. et bocbia
secundus de fratribus eius. et abda filius
samua. filius galal. filius idithun. Omnes
levite in civitate sancta. cc. lxxx. iiii. Et ian
itores accub thelmon et fratres eorum qui cus
todiebant ostia. c. lxx. ii. Et reliqui ex
israhel sacerdotes et levite. in universis ci
vitatibus iuda. unusquisque in possessione
sua. Et nathinnei qui habitabant in ophel.
et siaba et gasba de nathinneis. Et episcopus levi
tarum in ierusalem. azi. filius bani. filius asabie.
filius mathanie. filius miche. De filiis
asaph cantores in ministerio domus domini.
Preceptum quippe regis super eos erat et or
do in cantoribus per dies singulos. et fathaia
filius mesezebel. de filiis zara filii iuda
in manu regis iuxta omne verbum populi.
et in domibus per omnes regiones eorum. De fi
liis iuda habitaverunt in cariatharbe et in
filiabus eius. et in dibon. et in filiabus eius.
et in capsehel. et in viculis eius. Et in iesue.
et in molada. et in belfalech. et in maser
sual. et in bersabee. et in filiabus eius.
et in remmon. et in sara. et in iherimuth
zanoa. adolam et villis earum. lachis. et
in regionibus eius. Azecha et filiabus eius.

et manserunt in bersabee usque in valle
ennon. filii autem beniamin a geba mag
mas. et achia et bethel. et filiabus eius ana
thot. nob anania. asorim. rehe. than
nath. ora. seboim. neballaloth et ona
valle artificum. et de levitis partiones
iuda et beniamin. C. XII.

Hii autem sacerdotes et levite qui ascende
runt cum zorobabel filio salathiel. io
sue. sarai. theremias. et esdra. amaria.
melluch atthus sechenia. reum. merimuth.
addo. genthon. abia. miamin. madia.
belga. semeia. et ioarib. addaia. Isti prin
cipes sacerdotum et fratres eorum in diebus io
sue. Porro levite. iosue bennui. cedmihel.
sarabia. iuda. mathanias super ymnos
ipsi et fratres eorum. et becbacia. atque ethai fratres
eorum. unusquisque in officio suo. Iosue autem ge
nuit ioachym. et ioachim genuit helia
sib. et heliasib genuit ioiada. et ioiada ge
nuit ionathan. et ionathan genuit ied
dua. In diebus autem ioachim erant sacerdotes
et principes familiarum. saraie amarie. there
mie. ananie esdre. mosollam. amarie.
iohannan. milico. iohannan. secheme io
seph. phare. medna. maraioth. helchi.
addaie. zacharie genthom. mosollam.
abie. zechri. miamin. et moadie. filius
belge. samua. semaia. ionathan. ioarib.
mathanai. iodaie. azi. sellaie. celagia.
moceboz. helchie. asebia. idaie. nathana
hel. levite. In diebus heliasib ioiada et iohanan
et geddua. scripti principes familiarum. et sacer
dotes in regno darii persi. filii levi principes
familiarum scripti in libro verborum dierum et usque
ad dies ionathan. filii heliasib. et principes
levitarum asebia serebia. et iesue filius cethi
mel cedmihel. et fratres eorum per vices suas. ut
laudarent et confiterentur iuxta preceptum da
vid viri dei. et observarent eque per ordinem. mathania.
et belbecia. obedia. mosollam. thelmon accub.
custodes portarum. et vestibulorum ante portas.
Hii in diebus ioachim filii iosue filii osedech.
et in diebus neemie ducis. et esdre sacerdotis
et scribe. In dedicatione autem muri ierusalem requisie
runt levitas de omnibus locis suis. ut ad
ducerent eos in ierusalem. et facerent dedicationem
et leticiam in actione gratiarum et in cantico et
in cymbalis. psalteriis. et cytharis. Congrega
ti sunt autem filii cantorum. et de campestribus
circa ierusalem. et de villis netuphati. et de domo
galgal. et de regionibus geba. et azmaveth.
quoniam villas edificaverunt cantores sibi in circui
tu ierusalem. Et mundati sunt sacerdotes et
levite et mundaverunt populum et portas
et murum. Ascendere autem feci principes iuda
super murum. et statui duos choros lauda
tium magnos. Et ierunt ad dexteram super
murum ad portam sterquilinii. et ivit post
eos ozias. et media pars principum iuda. et
azarias esdra. et mosollam. iuda et benia
min. et semeia. et theremia. et de filiis sa
cerdotum in tubis. Zacharias filius iona
than. filius semeie. filius mathanie. filius
michaie. filius zechur. filius asaph et fratres
eius semeia et azarel. malalai galgalai.
maai. nathanael et iuda. et anani. in va
sis cantici david viri dei. et esdra scriba ante
eos in porta fontis. et contra eos ascende
runt in gradibus civitatis david in ascen
sum muri super domum david. et usque ad
portam aquarum ad orientem. Et chorus secundus gra
tias referentium ibat ex adverso. et ego post
eum. et media pars populi super murum et super
turrem furnorum. et usque ad murum latissi
mum et super portam effraym. et super
portam antiquam. et super portam piscium
et turrem ananeel. et turrem emath. et usque
ad portam gregis. et steterunt in porta custo
die. Steteruntque duo chori laudantium in domo
dei. et ego dimidia pars magistratuum mecum.
et sacerdotes heliachim. maasias miamin. mi
chea. helio. enai. zacharias anania. in tu
bis. et maasia. et semeia. et heliazer. et azi
et iohannan et melchia. et elam. et ezer. Et cla
re cecinerunt cantores. et iezraia prepositus. Et im
molaverunt in die illa victimas magnas et le
tati sunt. Deus enim letificaverat eos leti
cia magna. sed et uxores eorum et liberi gavisi sunt
et audita est leticia ierusalem procul. Recensuerunt
quoque in die illa viros super gazophilacia
thesauri ad libamina et ad primitias. et ad
decimas. ut introferrent per eos principes
civitatis. et in decore gratiarum actionis sacer
dotes et levitas. quia letificatus est iuda in sacer
dotibus et levitis astantibus et custodierunt
observationem dei sui. et observationem
expiationis. et cantores et ianitores iuxta
preceptum david et salomonis filii eius. quia
in diebus david et asaph ab exordio erant
principes constituti cantorum. in carmine
laudantium et confitentium deo. et omnis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

israhel in diebus zorobabel. et in diebus neemie
dabant partes cantoribus et ianitoribus per dies
singulos et sanctificabant levitas. et levite
sanctificabant filios aaron. C XI
In die autem illo lectum est in volumine moy
si audiente populo. et inventum scriptum in eo
quod non debeant introire ammanites et moa
bites in ecclesiam dei usque in eternum. eo quod non
occurrerint filiis israhel cum pane et aqua.
et conduxerunt adversus eos balaam ad maledi
cendum eis. et convertit deus noster maledictionem
in benedictionem. Factum est autem cum audissent le
gem. separaverunt omnem alienigenam
ab israhel. et super hoc erat heliasib sacer
dos qui fuerat positus in gazophilatio domus
dei nostri et proximus thobie. Fecit ergo sibi
gazophilatium grande et ibi erant ante
eum reponentes munera. et thus et vasa.
et decimam frumenti vini et olei. partes le
vitarum et cantorum. et ianitorum. et primitias sacer
dotales. In omnibus autem his non fui in iherusalem.
quia in anno tricesimo secundo artarxersis re
gis babylonis veni ad regem. et in fine die
rum rogavi regem et veni in iherusalem. Et intel
lexi malum quod fecerat heliasib tobie.
ut faceret ei thesaurum in vestibulis domus
dei. et malum michi visum est valde. et proieci
vasa domus thobie foras de gazophilatio.
Precepique et emundaverunt gazophilatia. et re
tuli ibi vasa domus dei. sacrificium et thus.
Et cognovi quoniam partes levitarum non fuis
sent date. et fugisset unusquisque in regionem
suam de levitis. et de cantoribus et de his qui
ministrabant. et egi causam adversus magistra
tus et dixi. Quare dereliquimus domum dei.
Et congregavi eos. et feci stare in stationibus
suis. et omnis iuda apportabat decimam
frumenti vini et olei in horrea. et constituimus
super horrea selemiam sacerdotem et sadoch
scribam. et phadaiam de levitis. et iuxta eos anan
filium zacchur filium mathanie. quoniam fide
les comprobati sunt. et ipsis credite sunt par
tes fratrum suorum. Memento mei deus noster pro hoc.
et ne deleas miserationes meas quas feci in
domo dei mei et in ceremoniis eius. In diebus
illis vidi in iuda calcantes torcularia in sab
bato et portantes acervos. et onerantes super
asinos vinum et uvas. et ficus et omne onus.
et inferentes in iherusalem in die sabbati. et contes
tatus sum ut in die qua vendere liceret vende
rent. Et tyrii habitaverunt in ea inferentes
pisces et omnia venalia et vendebant in sab
batis filiis iuda in iherusalem. et obiurgavi optima
tes iuda et dixi eis. Que est hec res mala quam
vos facitis. et profanatis diem sabbati.
Numquid non hec fecerunt patres nostri. et adduxit
deus noster super nos omne malum hoc et super ci
vitatem hanc et vos additis iracundiam super
israhel violando sabbatum. Factum est itaque cum
quievissent porte iherusalem in die sabbati. dixi et
clauserunt ianuas. et precepi ut non aperirent
eas usque post sabbatum. Et de pueris meis constitui
super portas. ut nullus inferret onus die sab
bati. Et manserunt negociatores et vendentes
universa venalia foras iherusalem semel et bis. et
contestatus sum eos. et dixi eis. Quare manetis
ex adverso muri. Si secundo hoc feceritis manum
mittam in vos. Itaque ex tempore illo non ve
nerunt in sabbato. Dixi quoque levitis. ut munda
rentur. et venirent ad custodiendas por
tas et sanctificandum diem sabbati. Et pro
hoc ergo memento mei deus meus in bono. et par
ce michi secundum multitudinem miserationum
tuarum. Et in diebus illis
vidi iudeos ducentes uxores azotidas. ama
nitidas. et moabitidas. et filii eorum ex me
dia parte loquebantur azotice. et nescie
bant loqui iudaice. et loquebantur iuxta lin
guam populi et populi. et obiurgavi eos. et ma
ledixi. et cecidi ex ipsis viros. et decalvavi eos
et adiuravi in domino ut non darent filias
suas filiis eorum. et non acciperent de filiabus eorum
filiis suis et sibimetipsis dicens. Numquid non in huius
cemodi re peccavit salomon rex israhel. et certe
in gentibus multis non erat rex similis ei. et
dilectus deo suo erat. et posuit eum deus regem
super omnem israhel. et ipsum ergo ad peccandum duxe
runt mulieres alienigene. Numquid et nos inobe
dientes faciemus omne malum grande hoc. ut
prevaricemur in deum nostrum et ducamus uxores
alienigenas. De filiis autem ioiada. filii helia
sib sacerdotis magni gener erat sanabal
lath oronitis. quem fugavi a me. Recorda
re domine deus noster adversus eos qui polluunt sacer
dotium iusque sacerdotale et leviticum. Igitur
mundavi eos ab omnibus alienigenis. et con
stitui ordines sacerdotum et levitarum unum
quemque in ministerio suo. et in oblatione lig
norum in temporibus constitutis et in primitivis.
Memento mei deus noster in bonum. Incipit
ET FECIT liber esdre secundus.
iosias pascha in iherusalem domino.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg